

Obligatio Capitanei Dobrinenſis
Sacrae Maestatis Regiae facta.

60

Ego Jacobus de Baranſis publicè confiteor
et recognosco, me recepisse et habuisse Ca-
pitaneatum Dobrinenſem cum omnibus Ci-
uitatibus, oppidis, castris, villis, ac aliis
bonis ad ipsum spectantibus à Serenissimo
Principe domino, domino Vladislao Dei gratia
Rege Poloniae etc. domino michi gratiosissimo
ad tenendum et gubernandum michi data et
concessa, de quo quidem Capitaneatu sive
tenetura praefato domino nostro regi singulis
annis quadringentas marcas solvere me
obligo et stationes consuetas ministrare, in-
ut alii Capitanei ministrabant, conditio-
nemque tam terra Dobrinenſis, quam
bonorum praedictorum et allodiorum ac adi-
ficiorum ejusdem Capitaneatus pro posse
meo promitto facere meliorem, si autem,
quod absit, aliqua guerra vel insultus
inimicorum terra Dobrinenſis imminerent,
causa durante hujusmodi guerra à
solutione dictarum quadringentarum mar-
carum volo fieri solutus atq' liber. Haec
quibus sigillum meum est appensum,
testimonio literarum. Datum in Brest
Ruthenico feria quinta proxima post
festum

1482
1483
Festum Sancti Martini, anno Domini mil-
lesimo quadringentesimo vicesimo quinto.

Prepiscana, est talia lingua Longinatu
pangamino uoce, ultraque uisi pa-
re, na laiciaca pangaminosey,
Dnia R. micesia Lipca rolu
Pauislicgo 1785.